Mit meinem verbindlichsten Dank kommt hier
der mir gütigst anvertraute Brief zurück, von dem
ich auch gleich die Abschrift, so gut ich ihn habe lesen
können, beyfüge. Göttingen den 26ten May 1808

J. Fr. Blumenbach

Gratiam et Pacem. Quod tibi M. Philippe scribo,
omnibus vobis scribo. Suspicor vos esse Smalkaldae,
et eodem fato uti, quo ante triennium utebamur,
quando tardissime litterae vestrae Vittenbergam ve-
niebant. Proximas ex Vinaria datas accepimus,
in quibus video vos legisse Mezentii librum. Nondum
mihi vacavit, neque delectat totum perlegere. Audio
et ab aliis argumenta ex eo frigide deleri, ad convicia
conversum est totum. Sic enim hactenus fuit totius
Papae mos et ingenium, in personam meam furere
praeterita causa quam agerem. Quid possit aliud
destituti conscientia, Scientia. et sunt sine con
et Sci nihil nisi Entia. Filiola tua salva est
et tota domus ut spero ex eius literis te intellectu-
rum. Dominus Spiritu suo certo, Sancto, prin-
cipali gubernet vos in causa sua et causam suam
in vobis. Amen.

Hic laetantur homines capto Kolace seu Kolhasen [illegible]
[illegible]. Sed haec credo vos jam scire, ita volun-
tibus equitibus ad vos et haud dubie omnia certis-
sima narrantibus. Miserrimus Kolax, qui tot san-
guinibus sese oneravit (nam praedationes parvi cu-
rarem) Ultra 40 enim dicuntur periisse ex eius so-
dalitio. Quaestor noster dicit 14 esse supplicio affectos
extremo. Omnes ex eo numero qui Marzam diri-
puerant. ~~Hoc~~ non credidissent futura scelerati homi-
nes illi tam brevi tempore, si quis eis nocte illa
praedixisset.

Ridiculum strategema narrabo quod mihi scribit ex
Pirna M. Antonius. Scil. Mezentium illum cum per
Slesiam rediret, pernoctasse prope Budissam. Deinde in
oppido quodam Kaben. Ibi cum sero venisset, pernocta-
turus, quosdam nobiles supervenisse qui finxerunt
sese quaerere Hans Spiegel et parvum solitorem. Pe-
pegisse enim se isthuc conventuros ea nocte. Id cum

sen-

sentiret Mezentius mox conscensis equis avolasse dicitur, formidans hospitis periculum. Der grosse feiste Ritter ergriff das Hasenpanir gar bald.

Risum est et ab iis qui hos ludos struxerunt & ab omnibus qui audiunt.

vale & orate sicut facitis & rescribite eo saepius quo tardius venire ad nos literas vestras sitis.

Albis noster abierat ex arvis. sed heri & hodie reversus est. Mirum quid ista perpetua inundatio velit.

Feria 6 post Oculi 1540.

Mart. Luth.

Dominus meus Ketha vos reverenter salutat. Id voluit omnino ut scriberem. & gratias agit quod me hic reliqueritis. Incipit superbire in gloria redeuntis valetudinis Dei gratia, nondum ambulat, sed plus tamen quam reptat.

Optimo viro Dno M.
Philippo Melanchthon
Discipulo Christi sapienti
suo patri Chariss.

UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Qu. Fragm. 6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1748009567-18
DFG

Mit meinem verbindlichsten Danke kommt hier
der mir gütigst anvertraute Brief zurück; den
ich auch gleich die Abschrift, so gut ich sie habe lesen
können, beyfüge. Göttingen den 26t Maij 1808

J. Fr. Blumenbach

Gratiam & Pacem. Quod tibi M. Philippe scribo,
omnibus vobis scribo. Suspicor vos esse Smalkaldiae,
et eodem fato uti, quo ante triennium utebamur,
quando tardissime litterae vestrae Vittembergam ve-
niebant. Proximas ex Vinaria datas accepimus,
In quibus video vos legisse Mezentii librum. Nondum
mihi vacavit, neque delector totum perlegere. Audio
& ab aliis argumenta ex eo frigide deleri, ad convicia
conversum est totum. Sic enim hactenus fuit totius
Papae mos & ingenium, in personam meam furere
praeterita causa quam agerem. Quid possent aliud
destituti conscientia, Scientia. & sunt sine con
& Sci nihil nisi Entia. Filiola tua salva est
& tota domus ut spero ex eius literis te intellectu-
rum. Dominus Spiritu suo certo, Sancto, prin-
cipali gubernet vos in causa sua & causam suam
in vobis. Amen.

Hic laetantur homines capto Kolace seu Kolhusen cum
[illegible]. Sed haec credo vos jam scire, ita volan-
tibus equitibus ad vos & haud dubie omnia certis-
sima narrantibus. Miserrimus Kolax, qui tot san-
guinibus sese oneravit (nam praedationes parvi cu-
rarem) Ultra 40 enim dicuntur periisse ex eius so-
dalitio. Quaestor noster dicit 14 esse supplicio affectos
extremo. Omnes ex eo numero qui Marzam diri-
puerant. ~~Hoc~~ non credidissent futura scelerati homi-
nes illi tam brevi tempore, si quis eis nocte illa
praedixisset.

Ridiculum strategema narrabo quod mihi scribit ex
Pirna M. Antonius. Scil. Mezentium illum cum per
Slesiam rediret, pernoctasse prope Budissam. Deinde in
oppido quodam Kaben. Ibi cum sero venisset, pernocta-
turus, quosdam nobiles supervenisse qui finxerunt
sese quaerere Hans Spiegel & passum auditorem. Pe-
pigisse enim se isthuc conventuros ea nocte. Id cum

sen-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1748009567-18